[45] Vidmanová, A. *Carmina Burana*. In SLS, s. 162.

Carmina Burana

In terra sumus...

Skladba moralisticko-satirická

In terra summus rex est hoc tempore Nummus.
Nummum mirantur reges et ei famulantur.
Nummo venalis favet ordo pontificalis (...)
Erigit ad plenum de stercore Nummus egenum.
Omnia Nummus emit venditque, dat et data demit.
Nummus adulatur, Nummus post blanda minatur.
Nummus mentitur, Nummus verax reperitur.
Nummus periuros miseros facit et perituros.
Nummus avarorum deus est et spes cupidorum.
Nummus in errorem mulierum ducit amorem.
Nummus venales dominas facit imperiales.
Nummus raptores facit ipsos nobiliores.
Nummus habet plures quam celum sidera fures.
Si Nummus placitat, cito cuncta pericula vitat.
Si Nummus vicit, dominus cum iudice dicit:
“Nummus ludebat, agnum niveum capiebat.”
Nummus, rex magnus, dixit: „Niger est meus agnus“.
Nummus fautores habet astantes seniores.
Si Nummus loquitur, pauper tacet; hoc bene scitur.
Nummus merores reprimit relevatque labores.
Nummus corda necat sapientum, lumina cecat.
Nummus, ut est certum, stultum docet esse disertum.
Nummus habet medicos, fictos acquirit amicos.

In Nummi mensa sunt splendida fercula densa.
Nummus laudatos pisces comedit piperatos.
Francorum vinum Nummus bibit atque marinum.
Nummus famosas vestes gerit et pretiosas.
Nummo splendorem dant vestes exteriorem.
Nummus eos gestat lapides, quos India prestat.
Nummus dulce putat, quod eum gens tota salutat.
Nummus et invadit et que vult oppida tradit.
Nummus adoratur, quia virtutes operatur:
Hic egros sanat, secatur, urit et aspera planat,
Vile facit carum, quod dulce est, reddit amarum
Et facit audire surdum claudumque salire.
De Nummo quedam maiora prioribus edam:
Vidi cantantem Nummum, missam celebrantem;
Nummus cantabat, Nummus responsa parabat;
Vidi, quod flebat, dum sermonem faciebat,
Et subridebat, populum quia decipiebat.
Nullus honoratur sine Nummo, nullus amatur.
Quem genus infamat, Nummus: „Probus est homo!“ clamat.
Ecce patet cuique, quod Nummus regnat ubique.
Sed quia consumi poterit cito gloria Nummi,
Ex hac esse schola non vult Sapientia sola.

(*Carmina Burana*, I/1. Ed. A. Hilka, O. Schumann. Heidelberg: Carl Winter Universitätsverlag, 1978, 11, s. 15-16. ISBN 3-533-00780-4.)

Slovní zásoba

famulor, ari, atus sum – sloužit

venalis, e – prodejný

egenus, a, um – nuzný

stercus, oris, n. – hnůj

demo, ere, dempsi, demptum – odnímat, brát

adulor, ari, atus sum – pochlebovat, lichotit

blandum, i, n. – pohlazení

verax, veracis – pravdivý, pravdomluvný

raptor, oris, m. – zloděj

agnus, i, m. – beránek

fautor, oris, m. – ochránce, pomocník, příznivec

meror = moeror, oris, m. – zármutek

ceco = caeco, are, avi, atum – zaslepit

disertus, a, um – pádný, přesvědčivý

acquiror, ere, quievi, quiteum – získávat

ferculum, i, n. – mísa

piscis, is, m. – ryba

pipperatus, a, um – opepřený, ostrý

comedo, ere, edi, esum – sníst

eger, gra, um = aeger, gra, um

uro, ere, ussi, ustum – trápit

plano, are, avi, atum – narovnávat

surdus, a, um – hluchý

claudus, a, um – chromý, kulhavý

salio, ire, ui/ii, itum – skákat

missa, ae, f. – mše

Alte clamat Epicurus...

O pití a hrách

1.

Alte clamat Epicurus:
„venter satur est securus.
venter deus meus erit.
talem deum gula querit,
cuius templum est coquina,
in qua redolent divina.“

2.

Ecce deus opportunus,
nullo tempore ieiunus,
ante cibum matutinum
ebrius eructat vinum,
cuius mensa et cratera
sunt beatitudo vera.

3.

Cutis eius semper plena
velut uter et lagena;
iungit prandium cum cena,
unde pinguis rubet gena,
et, si quando surgit vena,
fortior est quam catena.

4.

Sic religionis cultus
in ventre movet tumultus,
rugit venter in agone,
vinum pugnat cum medone;
vita felix otiosa,
circa ventrem operosa.

5.

Venter inquit: „nichil curo
preter me. sic me procuro,
ut in pace in id ipsum
molliter gerens me ipsum
super potum, super escam
dormiam et requiescam.“

(*Carmina Burana*. München: Deutscher Taschenbuch Verlag, 1995, 219, s. 622–624. ISBN 3-423-02063-6. Obsahuje edici A. Hilky a O. Schumanna.)

Slovní zásoba

venter, tris, m. – břicho (žaludek)

satur, a, um – sytý, nasycený

coquina, ae, f. – kuchyně

redoleo, ere, ui, – – vonět

ebrius, a, um – opilý

eructo, are, avi, atum – říhat

cutis, is, f. – kůže

uter, utris, m. – (kožený) měch (na tekutiny)

lagona (lagoena, lagona), ae, f. – láhev

gena, ae, f. – tvář

rugio, ire, ivi, – – řvát

Tempus hoc leticie...

O hrách

1.

Tempus hoc letitie,
dies festus hodie!
omnes debent psallere
et cantilenas promere
et affectu pectoris
et toto gestu corporis
et scolares maxime,
qui festa colunt optime.

2.

Stilus nam et tabule
sunt feriales epule
et Nasonis carmina
vel aliorum pagina.
quicquid agant alii, iuvenes amemus
et cum turba plurium ludum celebremus.

(*Carmina Burana*, I/3. Ed. O. Schumann, B. Bischoff. Heidelberg:
Carl Winter Universitätsverlag, 1970, s. 68.)

Slovní zásoba

scholaris (scolaris), is, m. – žák, scholár

stilus, i, m. – pisátko

Naso, onis, m. = P. Ovidius Naso

pagina, ae, f. – strana, kniha

Lingua mendax...

O ženách

1.

Lingua mendax et dolosa,
lingua procax, venenosa,
lingua digna detruncari
et in igne concremari,

2.

Que me dicit deceptorem
et non fidum amatorem,
quam amabam, dimisisse
et ad alteram transisse!

3.

Sciat deus, sciant dei:
non sum reus huius rei!
sciant dei, sciat deus:
huius rei non sum reus!

4.

Unde iuro Musas novem,
quod et maius est, per Iovem,
qui pro Dane sumpsit auri,
in Europa formam tauri;

5.

Iuro Phebum, iuro Martem,
qui amoris sciant artem;
iuro quoque te, Cupido,
arcum cuius reformido;

6.

Arcum iuro cum sagittis,
quas frequenter in me mittis:
sine fraude, sine dolo
fedus hoc servare volo!

7.

Volo fedus observare!
et ad hec dicemus, quare:
inter choros puellarum
nichil vidi tam preclarum.

8.

Inter quas appares ita
ut in auro margarita.
humeri, pectus et venter
sunt formata tam decenter;

9.

Frons et gula, labra, mentum
dant amoris alimentum;
crines eius adamavi,
quoniam fuere flavi.

10.

Ergo dum nox erit dies,
et dum labor erit quies,
et dum aqua erit ignis,
et dum silva sine lignis,

11.

Et dum mare sine velis,
et dum Parthus sine telis,
cara michi semper eris:
nisi fallar, non falleris!

(*Carmina Burana*, I/2. Ed. O. Schumann. Heidelberg: Carl Winter
Universitätsverlag, 1971, 117, s. 192-193. ISBN 3-533-00781-2.)

Slovní zásoba

procax, acis – drzý

detrunco, are, avi, atum – uříznout

Dane = Danae, es, f.

taurus, i, m. – býk

Phebus = Phoebus, i, m.

arcus, us, m. – luk

reformido, are, avi, – – obávat se

fraus, fraudis, f. – podvod, lest

fedus = foedus, eris, n. – smlouva, úmluva

margarita, ae, f. – perla

humerus (umerus), i, m. – rameno

frons, ontis, f. – čelo

crinis, is, m. – vlas

velum, i, n. – plachta

IX. Konsolace

Ve zvláštní kapitole uvádím ukázkou textu, v němž se spojuje poezie s konsolací. Jana Nechutová rozlišuje dva hlavní typy konsolace – „útěšné projevy v užším slova smyslu“ a „skladby po Boethiově vzoru“^[46] s filozofickým nebo morálně-teologickým obsahem. Některé skladby líčí dokonce stejnou krizovou situaci autora jako Boethiova *Útěcha* a v tom případě se jedná spíše o plankty (nářky). Kromě planktu se konsolační tematika může spojit také se sporem (*conflictus*).

Středověká konsolace je ovlivněna konsolací antickou např. z hlediska argumentačního materiálu.^[47] K návaznosti konsolace na určitých prvcích známých již z antiky přispěl zásadně autor naší následující ukázky – Venantius Fortunatus (před 550 – po 600),^[48] který bývá považován buď za posledního antického latinského básníka, nebo častěji za prvního středověkého básníka.

[46] Nechutová, J. *Úděl a útěcha*. Heršpice: EMAN, 1995, s. 105. ISBN 80-900696-8-1.

[47] Tamtéž, s. 105-106.

[48] Vidmanová, A. Venantius (Honorius Clementianus) Fortunatus. In SLS, s. 592.

Venantius Fortunatus – *Item ad Chilpericum et Fredegundem reginam*

Útěšná skladba

Aspera condicio et sors inrevocabilis horae!
quod generi humano tristis origo dedit,
cum suadens coluber proiecit ab ore venenum,
morsu et serpentis mors fuit Eva nocens:
sumpsit ab ipso ex tunc Adam patre terra dolorem,
et de matre gemens mundus amara capit.
praevaricando duo probro damnantur acerbo:
ille labore dolet, haec generando gemit.
mors venit inde vorax, transmissa nepotibus ipsis,
heredesque suos tollit origo nocens.
ecce hoc triste nefas nobis genuere parentes (...)

(*Monumenta Germaniae historica*. Tomus IV, pars I. Venanti Fortunati opera poetica. Rec. et emend. F. Leo. Berolini: Apud Weidmannos, 1881, IX/2, s. 205.)

Slovní zásoba

condicio, onis, f. – postavení, poměry, úděl, osud

inrevocabilis (irrevocabilis), e – nezměnitelný, neodvolatelný

coluber, bri, m. – had

morsus, us, m. – uštknutí

gemo, ere, ui, itum – naříkat

amarus, a, um – hořký

X. Drama

Jako ukázkou dramatu jsem vybrala text, který sice nepatří mezi ty nejznámější a pro tento žánr nejdůležitější, avšak umožňuje se v poměrně krátkých a jednoduchých pasážích seznámit se zajímavým dílem a příběhem. (H)rosvitha z Gandersheimu (Hrosvitha Gandershemensis, kolem 935–975) strávila celý život v klášteře v Gandersheimu, aniž by složila řeholní slib. Byla básnířkou a je známá hlavně díky několika svým dramatům určeným k předčítání, v nichž se snažila napodobit Terentia.^[49] Ukázka pochází ze skladby *Sapientia*, nazvané podle hlavní hrdinky a pojednávající o jejím mučednictví a mučednictví jejích dcer.

[49] Vidmanová, A. (H)rosvitha Gandershemensis. In SLS, s. 303.

Hrosvitha z Gandersheimu – *Sapientia*

Rádce Antiochus varuje císaře Adriana před Sapientií a jejími dcerami

Adrianvs. Numquid tantillarum aduentus muliercularum aliquid rei publicae adducere poterit detrimentum?

Antiochvs. Permagnam.

Adrianvs. Quod?

Antiochvs. Pacis defectum.

Adrianvs. Quo pacto?

Antiochvs. Et quod maius potest rumpere ciuilis concordiam pacis, quam dissonantia obseruationis?

Adrianvs. Nihil grauius, nihil deterius; quod testatur orbis Romanus, qui undiquesecus christianae caedis sorde est infectus.

Antiochvs. Hoc igitur femina, cuius mentionem facio, hortatur nostrates, auitos ritus deserere et christianae religioni se dedere.

Adrianvs. Num praeualet hortamentum?

Antiochvs. Nimium; nam nostrae coniuges fastidiendo nos contempnunt adeo, ut dedignantur nobiscum comedere, quanto minus dormire.

Adrianvs. Fateor, periculum.

Antiochvs. Decet tui personam praecauere.

Adrianvs. Consequens. Aduocetur et in nostri praesentia, an uelit cedere, discutiatur (...)

(Hrosvitha gandershemensis. *Sapientia*. In *Hrotsvita. Drama-ta*. Ed. M. Gouillet, která vychází ze Streckerovy a Winterfel-

dovy edice. Paris: Les belles lettres, 1999, cap. 1, s. 238. ISBN 2-251-33638-9.)

Slovní zásoba

tantillus = tantulus, a, um – maličký

observatio, onis, f. – náboženství, pravidlo

nostrates, ium, m. – obyvatelé naší země

fastidio, ire, ivi (ii), itum – pohrdat

Dcera Fides se odmitá vzdát křesťanské víry

Adrianvs. Fides, intuere uenerabilem magnae Dianae imaginem
et fer sacrae deae libamina, quo possis uti eius gratia.

Fides. O stultum imperatoris praeceptum, omni contemptu
dignum!

Adrianvs. Quid murmuras subsannando? Quem irrides fronte
rugosa?

Fides. Tui stultitiam irrideo, tui insipientiam subsanno.

Adrianvs. Mei?

Fides. Tui.

Antiochvs. Imperatoris?

Fides. Ipsius.

Antiochvs. O nefas!

Fides. Quid enim stultius, quid insipientius uideri potest, quam
quod hortatur nos, contempto creatore uniuersitatis,
uenerationem inferre metallis?

Antiochvs. Fides, insanis.

Fides. Antioche, mentiris.

Antiochvs. Nonne haec summa insania et magna est dementia,
ut rerum principem dixisti insipientem?

Fides. Dixi et dico, dicamque, quamdiu uiuero.

Antiochvs. Breue tempus uiuere et cito debes consumi morte.

Fides. Hoc opto, ut moriar in Christo (...)

(Hrosvitha gandershemensis. Sapientia. In Hrotsvita. *Dramata*. Ed. M. Goulet, která vychází ze Streckerovy a Winterfeldovy edice. Paris: Les belles lettres, 1999, cap. 5, s. 254-256. ISBN 2-251-33638-9.)

Slovní zásoba

libamen, minis, n. – oběť

rugosus, a, um – svraštělý

subsanno, are, avi, atum – pošklebovat se

XI. Korespondence

V rámci kapitoly věnované korespondenci se první dvě ukázky vztahují k české reformaci a Janu Husovi. Husova korespondence totiž nadstandardně odhaluje jeho život i z velmi osobní stránky a navíc je specifická tím, že především z důvodu Husova uvěznění, které mu znemožnilo kázat a normálně psát, nesloužila jen k předávání základních aktuálních informací o jeho problémech nebo později procesu, ale nabývala různých dalších funkcí – kázání, závěti nebo např. konsolace. Úryvky následujícího žalářního listu velmi zblízka ukazují Husovy niterné pocity, naději i mimořádnou fyzickou trýzeň, které během věznění zažíval, a umožní nám jedinečným způsobem nahlédnout do autorova života. Zkrácený list doplňuji rovněž zkrácenou odpovědí Petra z Mladoňovic (Petrus de Mladonowicz, zemřel 1451).^[50]

V rámci korespondence uvádím pasáže ještě z dalšího listu, který je naprosto jiného rázu – *Epistola Adsonis monachi de ortu et tempore Antichristi*. O tomto značně specifickém listu pojednávám níže zvlášť, protože jej využívám i jako ukázkou jednoho opakujícího se rysu středověké literatury – synkretismu funkcí.

[50] Spunar, P. Petrus de Mladonowicz. In SLS, s. 459.

Jan Hus Janovi z Chlumu (Kostnice, žalář u Dominikánů, 5. března 1415)

Hus si z vězení stěžuje na špatný zdravotní stav a lživá obvinění, ale stále doufá v Boží pomoc a ve zlepšení situace; prosí o výklad snu.

Graciose domine, valde gaudeo de sanitate, de presencia et de fideli et graciosa constancia vestra in labore, quem pro misero habetis, quam vobis pre aliis deus concessit, vos mihi in adiutorem dedit, spero ad vestrum bonum vite presentis et eterne. Unde rogo propter dei misericordiam, ut finem facti sicut miles Jesu Christi expectetis. (...)

Piissimus deus nunc me consolatur, nunc contristat, sed spero, quod semper mecum est in tribulacione. Nam iterum horribiliter fui vexatus per calculum, quem numquam prius passus sum, et gravem vomitum et febres. Iam custodes timebant, ne morerer, qui eduxerunt me de carcere. Articuli multi de sacco mendacii et alii de eodem sacco, sicut et illi, quorum habetis responsiones, sunt mihi nunc oblati. Et ad vestram cartam non audeo scribere responsiones ad articulos Parisienses, quia non possem propter custodiam occultare; ergo supersedere bonum est propter vitandum periculum amici nostri istius fidelis, quem vobis recomendo. (...) Ad articulos Parisiensis cancellarii, si vixero, scribam. Si vero moriar, deus in die iudicii scribet in manifesto. (...)

Cras octo hebdomade erunt, quod Hus posita est ad refectorium. Nobilis et graciose domine et protector veritatis una cum domino Henrico, state constanter, donec finis veniat, ad quem dominus Jesus Christus faciet mecum ad gloriam suam et ad delendum peccata mea. (...)

Somnium huius noctis exponatis. Videbam, quod in Bettlehem prelati volebant delere omnes imagines Christi et delabant. Ego surrexi sequenti die et vidi multos pictores, qui pulciores imagines et plures fecerant, quas lete aspexi. Et pictores cum multo populo dicebant: „Veniant episcopi et sacerdotes et deleant nobis!“ Quo facto multi gaudebant populi in Betthlehem et ego cum eis; et excitatus sensi me ridere.

Item scripturam in Betthlehem iam pluribus sparserant se velle delere. Copiam tractatulorum dirigam, quam dupliciter copiavi.

(*Jana Husi Korespondence a dokumenty*. Ed. V. Novotný. Praha: Komise pro vydávání pramenů náboženského hnutí českého ve stol. XIV. a XV., zřízené při České akademii věd a umění, 1920, č. 114, s. 248–250.)

Slovní zásoba

graciusus = graciosus, a, um – laskavý, milostivý

sanitas, atis, f. – zdraví

eternus = aeternus, a, um

consolor, ari, atus sum – utěšovat, upokožovat

tribulacio = tribulatio, onis, f. – trápení

vexo, are, avi, atum – sužovat, trápit

calculus, i, m. – kamének

vomitus, us, m. – zvracení, dávení

febris, is, f. – horečka, zimnice

articulus, i, m. – článek

saccus, i, m. – pytel, vak

offero, offerre, obtuli, oblatum – ukazovat, předložit, předhodit

carta = charta, ae, f. – list papíru, zde: dopis, list

Parisiensis, e – pařížský

custodia, ae, f. – hlídání, stráž

supersedeo, ere, sedi, sessum – zanechávat

recommendo, are, – – doporučit

cancellarius, ii, m. – kancléř

hebdomas, adis, f. – týden

refectorium, ii, n. – refektář, jídelna

protector, oris, m. – ochránce

expono, ere, posui, positum – vykládat, vysvětlovat

pictor, oris, m. – malíř

episcopus, i, m. – biskup

excito, are, avi, atum – vzbudit

scriptura, ae, f. – Písmo

spargo, ere, sparsi, sparsum – rozšiřovat

dirigo, ere, rexi, rectum – poslat, odeslat

copio, are, avi, atum – opisovat

Odpověď Petra z Mladoňovic – jménem Jana z Chlumu (Kostnice, 5. března 1415)

Výklad Husova snu

Amice dilectissime, nulla vobis sit cura de audiencia, quia iam plus solito de illa et de aliis factis vestris pertractatur, et speramus illa omnia largiente domino fine sancto terminari. (...)

Exposicio somnii hec est:

Imago Christi in parietibus domus panis depicta vita imitanda eius est. Similiter scriptura sacra infringibilis ibidem descripta, quorum utrumque de vespere, sole iusticie ab ipsis per interpretationem eorum vite difformis recedente, crucis Christi inimici abolere conantur et in conspectu hominum oblita fore videntur. Sed in crastino sole iusticie oriente predicatorum horum utrumque fulgencius renovant et depingunt, in aure locutum et quasi oblivioni iam traditum super tecta predicando. Et ex his omnibus fiet magnum gaudium communitati. Et Auca, licet in ara posita, nunc posita infirma carne tristabitur, in futuro tamen, ut speramus, cum illo, qui in celis habitat, quasi a somno huius miserabilis vite evigilans deridebit et subsannabit eos imaginis pariter et scripture deletores, imo et in presenti deo favente adhuc illas imagines pariter et scripturas ferventissime communitati et suis dilectis amicis clarius renovabit et depinget. (...)

Amici et zelatores vestri non parum de vestris scriptis hilarantur, licet constet valde paucis. Hodie venit ambasiata regis Francorum Constanciam.

(*Jana Husi Korespondence a dokumenty*. Ed. V. Novotný. Praha: Komise pro vydávání pramenů náboženského hnutí českého ve stol. XIV. a XV., zřízené při České akademii věd a umění, 1920, č. 115, s. 250–251.)

Slovní zásoba

plus solito – neobvyčejně

pertracto, are, avi, atum – projednávat, hovořit (o něčem)

largior, iri, itus sum – dát, dopřát

exposicio = expositio, onis, f. – výklad, rozbor

paries, etis, m. – stěna, zeď

depingo, ere, pinxi, pictum – (na)malovat, zobrazit

difformis = deformis, e – ohyzdný, ošklivý, potupný

aboleo, ere, evi, itum – ničit, hubit

obliviscor, i, litus sum – zapomínat

crastinus, a, um – zítřejší

predicator = praedicator, oris, m. – kazatel

auca, ae, f. – husa (Auca = Hus)

ara, ae, f. – oltář

tristor, ari, atus sum – být smutný, rmoutit se

habito, are, avi, atum – být někde (ve smyslu obývat něco,
setrvávat někde)

evigilo, are, avi, atum – probudit se

derideo, ere, risi, risum (+ ak.) – posmívat se, vysmívat se
(někomu)

subsanno, are, avi, atum – pošklebovat se

zelator, oris, m. – přívrženec

hilaro, are, avi, atum – rozveselovat, povzbuzovat

ambasiata (ambasciata), ae, f. – poselstvo

Adso z Montier-en-Der – *De ortu et tempore Antichristi* (a synkretismus funkcí)

Další ukázka pochází z drobného dílka z konce milénia – *De ortu et tempore Antichristi* (vzniklo mezi lety 949 a 954).^[51] Je důležité zejména z hlediska eschatologického (předmětem eschatologie jsou poslední věci), konkrétně pro studium tématu Antikrist. Až do 10. st. se téma Antikrist objevovalo jen jako dílčí nebo jako součást biblických komentářů. Autor *De ortu et tempore Antichristi*, mnich a vedoucí školy v Montier-en-Der a zkušený hagiograf^[52] – Adso (Menasteriensis, Dervensis, kolem 910–992) – jako první představuje Antikrista jakožto hlavní téma svého pojednání, systematicky spojuje dosavadní útržkovité zmínky o Antikristovi a sestavuje příběh, který Antikrista sleduje od jeho narození až po smrt. A ještě jedna věc je na tomto listu zvláštní – antikristovská tematika se obvykle objevuje v závislosti např. na krizové společenské situaci, avšak v Adsonově listu žádná jasně prokazatelná společenská souvislost, a dokonce ani souvislost s koncem milénia není.^[53]

[51] D. Verhelst v komentáři k edici *De ortu et tempore Antichristi*. Turnholti: Brepols, 1976, s. 2.

[52] Vidmanová, A. Adso Menasteriensis. In SLS, s. 69.

[53] Emerson, R. K. Antichrist as Anti-Saint: the Significance of Abbot Adso's Libellus de Antichristo. *The American Benedictine Review*, 1979, 30, s. 175–176. Podobně B. McGinn, který hodně čerpá právě z Emmersonových závěrů. (McGinn, B. *Antichrist. Two Thousand Years of the Human Fascination with Evil*. New York: Columbia University Press,

Z dosavadních ukázek (zařazených k různým žánrům) je nejspíše již zřejmé, co může zahrnovat pojem synkretismus funkcí, který se v souvislosti se středověkou tvorbou někdy užívá.^[54] Ráda bych však tento aspekt nyní zdůraznila. Adsonův text je z formálního hlediska listem adresovaným královně Gerberze (sestra císaře Otty I. a manželka Ludvíka IV. Francouzského), o čemž jednoznačně svědčí především autorův prolog. Ovšem bez tohoto prologu jde v podstatě o spisek systematicky zpracovávající antikristovské téma, a tak má poměrně blízko k traktátové literatuře. V úvahách o prolínání a možných vlivech jednotlivých funkcí děl (či zaměření autora na jiný typ literární tvorby) lze jít ještě dále, a tak R. K. Emmerson poukazuje na to, že Adso v listu kopíroval strukturu a organizaci legend, takže se Antikrist v jeho podání stal tzv. anti-svatým^[55] a celý spisek jakousi obrácenou hagiografií.^[56] O Antikristu samotném není třeba blíže hovořit, neboť se vše podstatné dozvíme právě z následujících pasáží textu.

2000, s. 101. ISBN 0-231-11977-1.)

[54] Pojem přejímám z *Latinské literatury* J. Nechutové, s. 64, ovšem v literatuře se používá poměrně často.

[55] Emmerson, R. K. *Antichrist*, s. 175–190.

[56] „Reverse hagiography“ – McGinn, B. *Antichrist*, s. 101, ovšem odvolává se na Emmersona. Objevuje se také výraz antihagiografie – „antihagiography“ (Hughes, K. L. *Constructing Antichrist*. Washington, D. C.: The Catholic University of America Press, 2005, s. 167. ISBN 0-8132-1415-7.).

Kdo je Antikrist

Ergo de Antichristo scire uolentes primo notabitis, quare sic uocatus sit. Ideo scilicet, quia Christo in cunctis contrarius erit et Christo contraria faciet. Christus uenit humilis, ille uenturus est superbus. Christus uenit humiles erigere, peccatores iustificare, ille e contra humiles eiciet, peccatores magnificabit, impios exaltabit semperque uicia, que sunt contraria uirtutibus, docebit, legem euangelicam dissipabit, demonum culturam in mundo reuocabit, gloriam propriam queret et omnipotentem Deum se nominabit. Hic itaque Antichristus multos habet sue malignitatis ministros, ex quibus iam multi in mundo precesserunt, qualis fuit Antiochus, Nero, Domicianus. Nunc quoque, nostro tempore, Antichristos multos nouimus esse. Quicumque enim, siue laicus, siue canonicus, siue etiam monachus contra iusticiam uiuit et ordinis sui regulam impugnat et quod bonum est, blasphematur, Antichristus est, minister satane est.

(Adso Dervensis. *De ortu et tempore Antichristi*. Ed. D. Verhelst. Turnholti: Brepols, 1976, s. 22. CCCM 45.)

Slovní zásoba

superbus, a, um – pyšný; v úvodu této pasáže se objevují antiteze, které jsou typické pro mnohá zpracování antikristovské tematiky

erigo, ere, rexi, rectum – vyvyšovat, povznést, povzbudit
magnifico, are – povyšovat

exalto, are, avi, atum – vyvýšit

uicium = vitium, ii, n. – chyba, vada, nedostatek

dissipo, are, avi, atum – rozmetat, rozprášit

demon = daemon, onis, m. – zlý duch, ďábel

revoco, are, avi, atum – obnovit

omnipotens, entis – všemohoucí

malignitas, atis, f. – zloba

precedo = praecedo, ere, cessi, cessum – dříve se objevit

laicus, i, m. – laik (= ten, kdo není knězem)

canonicus, i, m. – klerik, kanovník

blasphemo, are, avi, atum – rouhat se, tupit

satanas, ae, m. – satan

Jakými prostředky Antikrist svádí lidi

(...) Excitabit autem persecutionem sub omni celo supra christianos et omnes electos. Eriget itaque se contra fideles tribus modis, id est terrore, muneribus et miraculis. Dabit in se credentibus auri atque argenti copias. Quos uero non poterit muneribus corrumpere, superabit terrore. Quos autem terrore non poterit, signis et miraculis seducere temptabit. Quos nec signis poterit, in conspectu omnium miserabili morte cruciatos crudeliter necabit.

(Adso Dervensis. *De ortu et tempore Antichristi*. Ed. D. Verhelst. Turnholti: Brepols, 1976, s. 25. CCCM 45.)

Slovní zásoba

excito, are, avi, atum – vyvolat, rozněcovat

persecutio, onis, f. – pronásledování

christianus, i, m. – křesťan

electus, a, um – vyvolený

munus, eris, n. – dar

signum, i, n. – znamení

seduco, ere, duxi, ductum – svádět

tempto, are, avi, atum – pokoušet se

Jak bude vypadat pronásledování Antikristem

Tunc erit talis tribulatio, qualis non fuit super terram ex tempore, quo gentes esse ceperunt, usque ad tempus illud. Tunc qui in agro sunt, fugient ad montes, et qui supra tectum, non descendet in domum suam, ut tollat aliquid de ea. Tunc omnis fidelis christianus, qui inuentus fuerit, aut Deum negabit, aut siue per ferrum, siue per ignem fornacis, siue per serpentes, siue per bestias, siue per aliud quodlibet genus tormenti, interibit, si in fide permanserit. Haec autem tam terribilis et timenda tribulatio tribus annis manebit in toto mundo et dimidio. Tunc breuiabuntur dies propter electos. Nisi enim Dominus abbreviasset dies, non fuisset salua omnis caro. (...)

(Adso Dervensis. *De ortu et tempore Antichristi*. Ed. D. Verhelst. Turnholti: Brepols, 1976, s. 25. CCCM 45.)

Slovní zásoba

tectum, i, n. – střecha

descendo, ere, scendi, scensum – sestupovat

fornax, acis, f. – pec

serpens, entis, m. – had

dimidium, ii, n. – polovina

breuio, are, avi, atum – zkracovat

abbrevio, are, avi, atum – zkracovat

Kdy Antikrist přijde

Inde ergo dicit Paulus apostolus Antichristum non antea in mundum esse uenturum, nisi uenerit discessio primum, id est nisi prius discesserint omnia regna a Romano imperio, que prius subdita erant. Hoc autem tempus nondum uenit, quia licet uideamus Romanum imperium ex maxima parte destructum, tamen, quandiu reges Francorum durauerint, qui Romanum imperium tenere debent, Romani regni dignitas ex toto non peribit, quia in regibus suis stabit. (...)

(Adso Dervensis. *De ortu et tempore Antichristi*. Ed. D. Verhelst. Turnholti: Brepols, 1976, s. 26. CCCM 45.)

Slovní zásoba

discessio, onis, f. – rozkol, rozštěpení, rozluka; jeden
z nejvýraznějších znaků Antikristovy přítomnosti

discedo, ere, cessi, cessum – odstupovat, rozcházet se

pridem – dříve

subdo, ere, didi, ditum – podrobit, podmanit

duro, are, avi, atum – vytrvat, pokračovat

Jaký bude Antikristův konec

Sed quia de principio eius diximus, quem finem habeat, dicamus. Hic itaque Antichristus diaboli filius et totius malicie artifex pessimus, cum per tres annos et dimidium, sicut predictum est, magna persecutione totum mundum uexabit et omnem populum Dei uariis poenis cruciabit. Postquam Heliam et Enoch interfecerit et ceteros in fide permanentes martyrio coronauerit, ad ultimum ueniet iudicium Dei super eum, sicut beatus Paulus scribit, dicens: Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Siue Dominus Iesus interfecerit illum potentia uirtutis sue, siue archangelus Michael interfecerit illum, per uirtutem Domini nostri Iesu Christi occidetur, non per uirtutem cuiuslibet angeli uel archangeli. Tradunt autem doctores, quod in monte Oliueti Antichristus occidetur in papilione et in solio suo, in illo loco, contra quem ascendit Dominus ad celum. Debetis autem scire, quia postquam fuerit Antichristus occisus, non statim ueniet dies iudicii nec statim ueniet Dominus ad iudicium, sed sicut ex libro Danielis intelligimus, quadraginta dies Dominus concedet electis, ut agant poenitentiam propterea, quia seducti sunt ab Antichristo.

(Adso Dervensis. *De ortu et tempore Antichristi*. Ed. D. Verhelst. Turnholti: Brepols, 1976, s. 28-29. CCCM 45.)

Slovní zásoba

malicia = malitia, ae, f. – zlo

artifex, icis, m. – strůjce

poena, ae, f. – trest, trápení

crucio, are, avi, atum – mučit, trápit

martyrium, ii, n. – mučednictví

archangelus, i, m. – archanděl

trado, ere, didi, ditum – vykládat

papilio, onis, m. – stan

solium, ii, n. – trůn

concedo, ere, cessi, cessum – poskytnout

XII. Listiny

Listina je písemnost, která „podává v určitých pevných ale vyvíjejících se formách svědectví o právním jednání“, přičemž respektuje „zvláštnosti dané dobou, místem, věcí a osobami, jichž se týká“.^[57] Studium listin se zabývá speciální obor – diplomatika. Oba dva termíny přitom souvisejí s latinským označením pro listinu – *diploma, atis, n.* Jako příklad listiny uvádím dokument, který je jedním z nejvýznamnějších pro české církevní dějiny, neboť dokládá povýšení pražského biskupství na arcibiskupství.

[57] Hlaváček, I. a kol. *Vademecum pomocných věd historických*. Jinočany: H+H, 2002, s. 206. ISBN 80-7319-004-4.

Povýšení pražského biskupství na arcibiskupství

Ecclesia Pragensis in metropolitanam erigitur, eidemque Litomyšlensis ac Olomucensis ecclesiae subiciuntur

.CL.

Avinione, 1344 Aprilis 30.

Clemens episcopus, s. s. d., ad p. r. m. Ex superne providencia maiestatis Romanus pontifex, constitutus in superne specula dignitatis, circa gregem dominicum sue cure commissum et ecclesiarum profectum, prout ex debito eidem incumbit officii pastoralis, diligenter prospicit et intendit et ecclesiarum ipsarum statum mutat et honorem accrescit, prout ipsarum ecclesiarum et locorum requirit necessitas, cause suadent rationabiles, catholici populi augmentum expostulat et salus exigit animarum. Sane quidem pro parte ch. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, et d. f. n. v. Karoli, marchionis Morauiensis, primogeniti sui, coram nobis et fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, expositum extitit reverenter, quod Pragensis per decem et Olomucensis ecclesie ipsarumque civitates et dioceses in regno Boemie consistentes, que de Maguntina provincia existebant et subiacebant iure metropolitico archiepiscopo Maguntino, qui est pro tempore, ac ecclesie Maguntine eidem, a civitate Maguntina per duodecim dietas vel circa distabant, et quod incole dicti regni, qui locuntur idioma sclavonicum omnino diversum et non intelligibile incolis aliorum episcopatum dicte provincie, qui purum idioma theotonicum loqui noscuntur, sunt omnino diversi in idiomate ab eisdem (...) Quare pro parte ipsorum regis et primogeniti fuit nobis humiliter supplicatum, ut dictas Pragensem et Olomucensem ecclesias ab omni do-

minio et potestate dictorum archiepiscopi et ecclesie Maguntine eximere ipsamque ecclesiam Pragensem in metropolitanam et aliquas ecclesias in eisdem diocesibus sic diffusis in cathedrales erigere illasque ac praefatam Olomucensem ecclesiam dicte Pragensi ecclesie metropolitico iure subicere auctoritate apostolica dignaremur. (...) ecclesiam, civitatem et diocesim Pragensem predictas de ipsorum fratrum consilio et apostolice plenitudine potestatis auctoritate apostolica et ex certa nostra sciencia ab omni iurisdiccione, potestate ac subieccione archiepiscopi, qui est pro tempore, et dd. ff. capituli ecclesie Maguntine exnunc eximentes penitus et totaliter liberantes ac eam soli Romane ecclesie de cetero subiacere immediate perpetuo decernentes ipsam Pragensem ecclesiam (...) in metropolitanam erigimus (...)

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum exempcionum, liberacionis, ereccionum, subieccionis, voluntatis, inhibicionis et constitutionum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum. D. Auinione II Kal. Maii p. n. a. secundo.

(*Acta Clementis VI. pontificis Romani 1342-1352*. Ed. L. Clicman. Pragae: Typis Gregerianis, 1903, č. 363, s. 209-211.)

Slovní zásoba

s. s. d. = servus servorum Domini^[58]

ad p. r. m. = ad perpetuam rei memoriam

specula, ae, f. – výšina

grex, gregis, m. – stádo (tj. lid)

prout – podle toho jak, jak

requiro, ere, quisivi, quisitum – požadovat, vyžadovat

salus, utis, f. – spása

ch. in Ch. f. n. = charissimus in Christo filius noster

d. f. n. v. = dilectus filius nobilis vir

marchio, onis, m. – markrabě

primogenitus, a, um – prvorozený

exsisto (existo), ere, exstiti (extiti), – stát se, vyvstat, vzejít

dioecesis, is, f. – diecéze

consisto, ere, stiti, – mít někde místo

disto, are – být vzdálen

idioma, atis, n. – mluva, nářečí

episcopatus, us, m. – biskupství

theutonicus, a, um – německý

supplicio, are, avi, atum – (pokorně) prosit

eximo, ere, emi, emptum – vynímat

cathedralis ecclesia – katedrála

dd. ff. = dilecti filii (sg.) nebo dilectorum filiorum (pl.)

inhibicio = inhibitio, onis, f. – omezení

infringo, ere, fregi, fractum – přestoupit, porušit

temerarius, a, um – opovážlivý, nerozumný, nerozvážný

praesumo, ere, sumpsi, sumptum – odvažovat se

[58] Zkratky v této listině: *Acta Clementis VI. pontificis Romani 1342-1352*. Ed. L. Clicman. Praegae: Typis Gregerianis, 1903, č. 363, s. XIII–XIV.

p. n. a. = pontificatus nostri anno

XIII. Ars dictaminis a formuláře

Tato kapitola souvisí s předchozí kapitolou a především s kapitolou nazvanou „Korespondence“. Představuje ukázkou z oblasti teorie zabývající se skládáním listů (*ars dictaminis*) a ukázkou z tzv. formulářové sbírky. Pro přehlednost je na místě alespoň stručně objasnit obsah jednotlivých pojmů. Kromě toho, že se pojmem *ars dictaminis* rozumí především poučení o tvorbě listů (jak je to zřejmé z ukázky Alberichovy tvorby), samotný pojem *dictamen* znamená prozaické stylistické cvičení, které mohlo později sloužit i přímo jako vzor pro skutečnou korespondenci. Nakonec se tedy mohlo jednat v podstatě i o jakýsi formulář pro skládání (spíše soukromých) listů. Termín formulář se však v diplomacie používá častěji či přesněji pro vzory, které sloužily k sepisování listin.^[59] Formulářová sbírka však už zase může označovat soubor listin nebo listů.^[60]

První ukáзка pochází z díla *Breviarium de dictamine* Albericha z Montecassina. Alberich (Albericus Casinensis, kolem 1030 – po 1105) byl italským benediktinem, básníkem, autorem teologických, hagiografických, církevně-politických, gramaticko-rétorických a hudebněteoretických spisů a autorem *ars dictaminis* – „stylistických předpisů pro skládání oficiálních písem-

[59] Nechutová, J. *Latinská literatura*, s. 102–103.

[60] Hlaváček, I. a kol. *Vademecum*, s. 200.

ností“^[61] Ukázka představuje některé typy prologů listů (*prologi epistolarum*).

Druhou ukázkou je omluvný list z formulářové sbírky Jana ze Středy (Iohannes Noviforensis, 1344–1380), proslulého kancléře Karla IV. a biskupa v Litomyšli a Olomouci.^[62]

[61] Vidmanová, A. Albericus Casinensis. In SLS, s. 77.

[62] Spunar, P. Iohannes Noviforensis. In SLS, s. 328.

Alberich z Montecassina – *Breviarium de dictamine*

Prologi epistolarum

Prologi epistolarum multipliciter fiunt. In quibusdam enim nomen delegantis ponitur, nomen vero eius, cui delegatur, non ponitur, ut in preceptis regiis, de quibus superius patet; in quibusdam nomen et delegantis et cui delegatur ponitur, sed quam mittat, non delegat salutem vel huiusmodi aliquid non locatur, ut „Iohanni Petrus“; in quibusdam et nomen mittentis et nomen, cui mittitur, et salutem vel aliquid aliud huiusmodi, sed verbum, a quo hi regantur casus, in subauditione relinquunt, ut „Servius Honoratus Aquilino salutem“; in nonnullis omnia collocantur, ut „Cicero suo Ciceroni salutem dicit“.

In nonnullis prologis adiectiva personis, quibus epistole delegantur, ponuntur, sed eis, a quibus delegantur, non ponuntur, ut „venerabili fratri P. I. salutem“; in nonnullis – quod perrarum est reperire – adiectiva eis † in nonnullis et ei, quam delegant vel exoptant, ‘salutem’ competens adiectivum adiciunt, ut „Iohanni P. salutem in Christo perpetuam“.

Antiqui mittentium nomina semper solebant preponere; moderni, humilitatis causa, nisi excellentissima sit persona mittentis, semper ea consueverunt postponere; interdum etiam excellentissime persone, precipue humilitatis gratia, sua postponunt nomina.

Sciendum preterea non decere in epistolis omnibus eosdem prologos esse, sed pro diversitate quibus mittuntur et mittentium personarum diversos. (...)

Prologus epistole inferioris persone ad abbatem: „Reverentissimo ac sanctissimo cenobii Cassinensis abbati D. I. insolubile fidelitatis vinculum.“ (..)

Prologus epistule ad amicum: „Amico unanimi amicus unanimes B. A. idem velle et idem nolle in Domino.“ (..)

Prologus epistole domini ad servum vel ad militem: „P. fidei suo L. gratiam et bonam voluntatem.“

Prologus epistole servi ad dominum: „Domino suo Iohanni P. debite servitutis obsequium.“ (..)

(Alberico de Montecassino. *Breviarium de dictamine*. Ed. F. Bognini. Firenze – Sismel – Edizioni del Galluzzo, 2008, s. 40-43. ISBN 88-8450-265-9.)

Slovní zásoba

delego, are, avi, atum – odesílat

salus, utis, f. – pozdrav

perrarus – velmi řídký

exopto, are, avi, atum – dožadovat se, toužit po něčem

competens, entis – vhodný, náležitý

prepono = praepono, ere, posui, positum – klást napřed

Cassinensis, e – týkající se Monte Cassina

insolubilis, e – nepomíjející

Cancellaria Iohannis Noviforensis

Olomucensis archiepiscopo Pragensi, ut excuset eum coram imperatore, quia venire propter inevitabiles casus non possit.

Reverendissime etc. Carissimi domini mei Imperatoris ab eo tempore, quo transmisit in marchiam, nullam umquam recepi, licet legatus nunc michi scripsit in literis suis, quas hodie una cum ipsius in die s. Crispini primum accepi, intimaverit michi (sic!), quod ad me cesaris litere dudum debuerant pervenisse et quamvis ego toto cordis ardore semper existam dispositus domini nostri communis ac eciam vestris, pater Reverendissime, mandatis et literis obedire, nunc tamen corpore sum adeo debilis et sic notabili oculorum langwore constringor, quod vix in ipsa mea domo de commodo ad commodum cum adiutorio hominum transire valeam, ne dum longi itineris laboribus exerceri. Ideoque Rev. pater etc. dignetur V^a D. me super hiis ad presens excusatum habere propter necessitates inevitabiles, quas auditis, et similiter erga Ser. communis domini nostri magnificentiam et apud d. legatum similiter graciousius excusare, nam nulla ratione metuendissime Dⁿⁱ V^e talia scriberem, nisi manifesta forent publice nocioni. Personam vestram etc...

(Cancellaria Iohannis Noviforensis episcopi Olomucensis, 1364–1380. Herausgegeben von F. Tadra. Wien: A. Holzhausen, 1886, č. 94, s. 85–86.)

Slovní zásoba

marchia, ae, f. – markrabství

langwor = languor, oris, m. – nemoc

XIV. Odborné texty

Do této kapitoly řadím ukázky ze speciálních odvětví, jako je teologie, filozofie, alchymie, sedm svobodných umění, právo, lékařství nebo zoologie.

Teologie

Ačkoli zde uvádím některé texty jako teologické a některé jako filozofické, přísné oddělování těchto dvou disciplín není při posuzování středověké tvorby vůbec jednoduché. Není se ostatně čemu divit, uvědomíme-li si, jak vypadal systém středověkého univerzitního vzdělávání. Pro odvětví teologie jsem vybrala ukázky z děl dvou významných a dostatečně známých autorů – Petra Lombarda a Tomáše Akvinského.

Petrus Lombardus (kolem 1095–1164) byl teologem, ale také filozofem a od r. 1159 pařížským biskupem.^[63] Své nejvýznamější dílo – *Libri quattuor sententiarum*, které se stalo teologickou učebnicí středověku, která platila až do světové reformace,^[64]

[63] Mráz, M. Petrus Lombardus. In SLS, s. 459.

[64] Hödl, L. P. Lombardus. In *Lexikon des Mittelalters*. Band V, 1977. Stuttgart, Weimar 1999.

dokončil pravděpodobně v roce 1151 nebo 1152.^[65] Lombardus v tomto díle systematicky uspořádal vybrané výroky církevních Otců (o Bohu, Kristu, lidech atd.),^[66] a to do čtyř knih – předmětem první knihy byla nauka o Bohu, předmětem druhé nauka o stvoření, předmětem třetí nauka o spáse a předmětem čtvrté nauka o svátostech a eschatologie.^[67] Vznikly stovky výkladů tohoto díla.

V uvedených ukázkách Lombardus definuje strach – velmi důležitý pojem křesťanského myšlení. Ukázka obsahuje řadu biblických citací a aluzí, které jsou zvládnutěny uvozovkami nebo kurzivou. Úkol proto bude tentokrát obtížnější – nejen přeložit, ale také dohledat biblická místa, na něž se Lombardus odvolává.

Další ukázka se bude týkat teologie Tomáše Akvinského. Tomáš Akvinský (Thomas Aquinas, 1224/25–1274) se sice vzdělával v benediktinském klášteře Monte Cassino, ale nakonec se stal významným dominikánem. Podobně jako Lombard byl teologem, ale i filozofem. Jeho dílo je typickým příkladem toho, že se filozofické a teologické prvky často prolínají i v celé řadě děl.^[68] Pokud jde o teologii, *Summa theologiae* je považována za

[65] M. Mráz (v SLS, s. 459) uvádí jako pravděpodobné roky sepsání 1050–1052. De Ghellinck uvádí rozmezí let 1145–1151 (de Ghellinck, J. Peter Lombard. In CE. Vol. 11. New York 1911.).

[66] V. Flajšhans v úvodu Svobodova českého překladu *Mistra Jana Husi Sebrané spisy III. Spisy latinské. Díl 3*. Praha: J. R. Vilímek, 1904, s. 5.

[67] Heinzmann, R. *Středověká filosofie*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 2000, s. 145. ISBN 80-7182-105-5.

[68] Floss, K. Petrus, Lombardus. In *Filosofický slovník*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 1998, s. 413. ISBN 80-7182-064-4.

Akvinského nejvýznamnější a nejgeniálnější počín. Psal ji v letech 1267–1273, ale nedokončil ji. Ukázka se týká Akvinského postupného vymezování předmětu a postavení tzv. *doctrina sacra*. Jeho názor byl přitom ovlivněn tím, že se snažil najít vyvážený vztah mezi filozofií a teologií, obory, které podle něj potřebují samostatnost, avšak nestojí ani proti sobě.^[69]

[69] Heinzmann, R. *Středověká filosofie*, s. 208–209, 226; Floss, K. Petrus Lombardus, In *Filosofický slovník*, s. 413–414.

Petrus Lombardus – *Libri quattuor sententiarum*

Liber III, dist. XXXIV, cap. 4. – O strachu

1. **Plena timorum distinctio.** Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est quatuor esse timores, scilicet mundanum sive humanum, servilem, initialem, castum vel fili-alem sive amicalem. — Cassiodorus*. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando „timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi“; propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui „in primo gradu cum mundo deseritur“; quem Dominus prohibet in Evangelio dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus* etc.— Augustinus*. Timor autem servilis est, ut ait Augustinus, „cum per timorem gehennae continet se homo a peccato“, „quo praesentiam iudicis et poenas metuit et timore facit, quidquid boni facit, non timore amittendi aeternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat. Non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi Sponsi, sed timet, ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et utilis“, licet insufficiens; per quem „fit paulatim consuetudo iustitiae“. — Et succedit initialis timor, quando „incipit, quod durum erat amari“, et sic incipit „excludi servilis timor a caritate“. — Et succedit deinde timor castus sive amicalis, „quo timemus, ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem servilis est utilis, sed non *permanens in aeternum* ut iste“. „Timor divinus comes est per omnes gradus“.

(Petrus Lombardus. *Sententiae in IV libris distinctae*. Ed. I. Brady. Grottaferrata: Ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas,

1971-1981, liber III, dist. XXXIV, cap. 4, s. 192-193. Spicilegium
Bonaventurianum 4-5.)

Slovní zásoba

Spiritus, us, m. – Duch

tracto, are, avi, atum – zabývat se, probírat, pojednávat

occurro, ere, curri, cursum – namanout se, naskytnout se

castus, a, um – mravně čistý

perdo, ere, didi, ditum – zmařit, zničit

contineo, ere, tinui, – – držet na uzdě, zdržovat

prohibeo, ere, ui, itum – nepřipouštět, zakazovat

formido, are, avi, atum – hrozit se

caritas, atis, f. – láska

amplexus, us, m. – objetí

paulatim – pomalu

tardo, are, avi, atum – meškat

aeternum, i, n. – věčnost

2. **Collatio praedictorum.** Et attende, quod quatuor hic distinguuntur timores, cum supra Beda dixerit duos esse. Sed Beda humanum timorem praetermisit et nomine servilis duos, quos hic distinximus, complexus fuit, scilicet servilem et initialem. Amicalem vero castum dicit.

3. Augustinus quoque servilem et castum timorem aperte discernit, dum Epistolae ad Romanos illum locum exponit. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, ita dicens: „Duo timores hic insinuantur: unus, qui est in perfecta caritate, scilicet timor castus; alter, qui non est in caritate, id est servilis, in quo quamvis Deo credatur, non tamen in Deum; etsi bonum fiat, non tamen bene“. „Nemo enim invitus bene facit, etiamsi bonum est, quod facit“.

(Petrus Lombardus. *Sententiae in IV libris distinctae*. Ed. I. Brady. Grottaferrata: Ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas, 1971-1981, liber III, dist. XXXIV, cap. 4, s. 193-194. Spicilegium Bonaventurianum 4-5.)

Slovní zásoba

distinguo, ere, stinxi, stinctum – rozlišovat

praetermitto, ere, misi, missum – pomíjet, vynechávat

expono, ere, posui, positum – vykládat

insinuo, are, avi, atum – oznámit, sdělit

invitus, a, um – proti vůli

Tomáš Akvinský – *Summa theologiae*

Prima pars, Quaestio 1, Prooemium – O teologii (vymezení otázek)

Et ut intentio nostra sub aliquibus certis limitibus comprehendatur, necessarium est primo investigare de ipsa sacra doctrina, qualis sit et ad quae se extendat. Circa quae quaerenda sunt decem. Primo: de necessitate huius doctrinae. Secundo: utrum sit scientia. Tertio: utrum sit una vel plures. Quarto: utrum sit speculativa vel practica. Quinto: de comparatione eius ad alias scientias. Sexto: utrum sit sapientia. Septimo: quid sit subiectum eius. Octavo: utrum sit argumentativa. Nono: utrum uti debeat metaphoricis vel symbolicis locutionibus. Decimo: utrum Scriptura sacra huius doctrinae sit secundum plures sensus exponenda. (...)

(*Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars.* Madrid: La Editorial Catolica, 1956.)

Slovní zásoba

prooemium, ii, n. – úvod, začátek

intentio, onis, f. – pozornost, záměr

comprehendo, ere, prehendi, prehensum – pevně uchopit,
upevnit

limes, itis, m. – mez, hranice

investigo, are, avi, atum – bádát

extendo, ere, tendi, tentum/tensum – vztahovat se

speculativus, a, um – spekulativní

practicus, a, um – praktický

subicio, ere, ieci, iectum – podřadovat

locutio, onis, f. – mluva, řeč

Scriptura, ae, f. sacra – Písmo svaté

sensus, us, m. – smysl

Articulus 2 – Otázka, zda je teologie vědou

q. 1 a. 2 arg. 1: Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod sacra doctrina non sit scientia. 1. Omnis enim scientia procedit ex principiis per se notis. Sed sacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui non sunt per se noti, cum non ab omnibus concedantur, *non enim omnium est fides*, ut dicitur II Thess. 3, 2. Non igitur sacra doctrina est scientia.

arg. 2: Praeterea scientia non est singularium. Sed sacra doctrina tractat de singularibus, puta de gestis Abrahae, Isaac et Iacob et similibus. Ergo sacra doctrina non est scientia.

Sed contra est, quod Augustinus dicit, XIV De Trinitate, huic scientiae attribuitur illud tantummodo, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam scientiam pertinet nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

Respondeo dicendum sacram doctrinam esse scientiam. Sed sciendum est, quod duplex est scientiarum genus. Quaedam enim sunt, quae procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus, sicut arithmetica, geometria et huiusmodi. Quaedam vero sunt, quae procedunt ex principiis notis lumine superioris scientiae, sicut perspectiva procedit ex principiis notificatis per geometriam et musica ex principiis per arithmetica notis. Et hoc modo sacra doctrina est scientia, quia procedit ex principiis notis lumine superioris scientiae, quae scilicet est scientia Dei et beatorum. (...)

(Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars. Madrid: La Editorial Catolica, 1956.)

Slovní zásoba

procedo, ere, cessi, cessum – vycházet, postupovat

articulus, i, m. – článek

fides, ei, f. – víra

concedo, ere, cessi, cessum – připustit

singularis, e – týkající se jednotlivce, jednotlivý, jako subst.
jednotlivost; non est

singularium (gen. pl.) – netýká se jednotlivostí

tracto, are, avi atum – zabývat se, pojednávat

Trinitas, atis, f. – sv. Trojice

attribuo, ere, tribui, tributum – přiřadit

roboro, are, avi, atum – posilovat

pertineo, ere, tinui, – – týkat se

lumen, inis, n. – světlo

notifico, are, avi, atum – učinit známým

Articulus 5 – Srovnání teologie s jinými vědami

(...) q. 1 a. 5 ad 2: Ad secundum dicendum, quod haec scientia accipere potest aliquid a philosophicis disciplinis, non quod ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum, quae in hac scientia traduntur. Non enim accipit sua principia ab aliis scientiis, sed immediate a Deo per revelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis tanquam a superioribus, sed utitur eis tanquam inferioribus et ancillis; sicut architectonicae utuntur subministrantibus, ut civilis militari. Et hoc ipsum, quod sic utitur eis, non est propter defectum vel insufficientiam eius, sed propter defectum intellectus nostri; qui ex his, quae per naturalem rationem (ex qua procedunt aliae scientiae) cognoscuntur, facilius manuducitur in ea, quae sunt supra rationem, quae in hac scientia traduntur.

(Sancti Thomae Aquinatis Summa theologiae. Prima pars. Madrid: La Editorial Catolica, 1956.)

Slovní zásoba

indigeo, ere, gui, – (+ abl. nebo gen.) – potřebovat (něco)

immediate – bezprostředně

revelatio, onis, f. – zjevení

ancilla, ae, f. – služka

architectonica, ae (architectonice, es), f. – architektura, umění
stavět

militaris, e – vojenský

defectus, us, m. – nedostatek

insufficiencia, ae, f. – nedostatečnost

Filozofie

Jako jednoho z významných představitelů středověké filozofie lze uvést Anselma z Canterbury (Anselmus Cantuarensis, 1033/34–1109). Byl to italský benediktin, teolog a nakonec i arcibiskup v Canterbury.^[70] Z jeho tvorby vybírám dílo *Proslogion* (= Oslovení), které sepsal pro řádové bratry a původně jej nazval *Fides quaerens intellectum*, což je výrok naprosto vystihující i obsah první ukázky. V ní se objevuje známý Anselmův výrok „credo, ut intelligam“, který se také někdy používá pro popis jeho filozofického či teologického programu. Další dvě ukázky jsou již aplikací tohoto programu a Anselmova zdůraznění jak víry, tak i rozumu. Jedná se o výňatky z Anselmova důkazu Boží existence (rovněž z díla *Proslogion*) a o alespoň krátkou demonstraci toho, jak Anselm hledá tzv. *unum argumentum* Boží existence.^[71]

Další ukázka pochází z tvorby Rogera Bacona (Rogerus Bacon, kolem 1214–1292). Byl to anglický filozof, teolog, přírodovědec.^[72] *Opus maius* a *Opus tertium*, z něhož jsem vybrala ukázku pro další kapitolu, napsal pro papeže Klementa IV.^[73] Ukázka z *Opus maius* dokládá důležitost zkušenosti a především samotného experimentu v procesu poznávání.

[70] Mráz, M. – Vidmanová, A. Anselmus Cantuarensis. In SLS, s. 94.

[71] Heinzmann, R. *Středověká filozofie*. Olomouc: Nakladatelství Olomouc, 2000, s. 170–175. ISBN 80–7182–105–5.

[72] Floss, P. Bacon Roger. In *Filosofický slovník*, s. 42.

[73] Mráz, M. Rogerus Bacon. In SLS, s. 507.

Anselm z Canterbury – Proslogion

Cap. 1 – Věřím, abych porozuměl

(...) Fateor, Domine, et gratias ago, quia creasti in me hanc imaginem tuam, ut tui memor te cogitem, te amem. Sed sic est abolita attritione vitiorum, sic est offuscata fumo peccatorum, ut non possit facere, ad quod facta est, nisi tu renoves et reformes eam. Non tento, domine, penetrare altitudinem tuam, quia nullatenus comparo illi intellectum meum; sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et amat cor meum. Neque enim quaero intelligere, ut credam, sed credo, ut intelligam. Nam et hoc credo: quia nisi credidero, non intelligam.

(Anselmus Cantuariensis. Proslogion. In *S. Anselmi Cantuariensis archiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 100.)

Slovní zásoba

fateor, eri, fassus sum – vyznávat

quia – že

cogito, are, avi, atum (+ak.) – pomýšlet (na něco), přemýšlet;

Anselm byl přesvědčen, že člověk se nesmí svým úvahám vyhýbat

aboleo, ere, evi, itum – vymazávat z paměti

attritio, onis, f. – odírání, ničení

vitium, ii, n. – hřích, nectnost

offusco, are, avi, atum – zatemňovat

altitudo, inis, f. – výšina, vznešenost

nullatenus – nijak

intellectus, us, m. – porozumění

quaero, ere, sivi, itum – chtít, snažit se

Cap. 2 – Nutnost Boží existence

(...) Et quidem credimus te esse aliquid, quo nihil maius cogitari possit. (...) Nam cum pictor praecogitat, quae facturus est, habet quidem in intellectu, sed nondum intelligit esse quod nondum fecit. (...) Convincitur ergo etiam insipiens esse vel in intellectu aliquid, quo nihil maius cogitari potest, quia hoc, cum audit, intelligit et quidquid intelligitur, in intellectu est. Et certe id, quo maius cogitari nequit, non potest esse in solo intellectu. Si enim vel in solo intellectu est, potest cogitari esse et in re; quod maius est. Si ergo id, quo maius cogitari non potest, est in solo intellectu: idipsum, quo maius cogitari non potest, est, quo maius cogitari potest. Sed certe hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid, quo maius cogitari non valet, et in intellectu et in re.

(Anselmus Cantuariensis. Proslogion. In *S. Anselmi Cantuariensis archiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 101-102.)

Slovní zásoba

quo – v ablativu srovnávacím

cogito, are, avi, atum – myslet

pictor, oris, m. – malíř

praecogito, are, avi, atum – napřed promyslet, rozmyslet si

nondum – ještě ne

vel – již, aspoň

procul dubio – jistě, beze vší pochybnosti

Cap. 3 – Nelze myslet, že Bůh není

(..) Sic ergo vere est aliquid, quo maius cogitari non potest, ut nec cogitari possit non esse. Et hoc es tu, domine deus noster. Sic ergo vere es, domine, deus meus, ut nec cogitari possis non esse. Et merito. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius te, ascenderet creatura super creatorem et iudicaret de creatore; quod valde est absurdum. Et quidem quidquid est aliud praeter te solum, potest cogitari non esse. (..)

(Anselmus Cantuariensis. Proslogion. In *S. Anselmi Cantuariensis archiepiscopi Opera omnia*. Vol. I. Ed. F. S. Schmitt. Edinburg: apud Thomam Nelson et filios, 1946, s. 103.)

Slovní zásoba

merito – zaslouženě, právem

ascendo, ere, scendi, scensum – vyvýšit se

creatura, ae, f. – stvoření

creator/Creator, oris, m. – Stvořitel

absurdus, a, um – nesmyslný

Roger Bacon – *Opus maius*

Pars sexta – De scientia experimentalis

Cap. 1: (...) nunc volo revolvere radices a parte Scientiae Experimentalis, quia sine experientia nihil sufficienter scire potest. Duo enim sunt modi cognoscendi, scilicet per argumentum et experimentum. Argumentum concludit et facit nos concedere conclusionem, sed non certificat neque removet dubitationem, ut quiescat animus in intuitu veritatis, nisi eam inveniat via experientiae; quia multi habent argumenta ad scibilia, sed quia non habent experientiam, negligunt ea nec vitant nociva nec persequuntur bona. Si enim aliquis homo, qui nunquam vidit ignem, probavit per argumenta sufficientia, quod ignis comburit et laedit res et destruit, nunquam propter hoc quiesceret animus audientis, nec ignem vitaret, antequam poneret manum vel rem combustibilem ad ignem, ut per experientiam probaret, quod argumentum edocebat. Sed assumpta experientia combustionis certificatur animus et quiescit in fulgore veritatis. Ergo argumentum non sufficit, sed experientia.

(*The 'Opus maius' of Roger Bacon*. Vol. II. Ed. J. H. Bridges. Oxford: Clarendon Press, 1897, s. 167-168.)

Slovní zásoba

radix, radicis, f. – kořen

experientia, ae, f. – zkouška, pokus

sufficienter – dostatečně

conclusio, onis, f. – závěr

certifico, are, avi, atum – utvrdit

dubitatio, onis, f. – váhání, nejistota

intuitus, us, m. – pohled

scibilis, e – poznatelný, přístupný vědění

probo, are, avi, atum – dovozovat

comburo, ere, ussi, ustum – spálit

vito, are, avi, atum – vyhýbat se

combustibilis, e – hořlavý

assumo, ere, sumpsi, sumptum – přibírat

combustio, onis, f. – spálení

sufficio, ere, feci, fectum – stačit

Alchymie

Stejně jako v předchozí kapitole i zde uvádím ukázkou z díla Rogera Bacona, tentokrát z jeho *Opus tertium*. Bacon v tomto textu uvažuje o předmětu, užitečnosti a dělení alchymie.

Roger Bacon – *Opus tertium*

Cap. 12 – Předmět alchymie a její význam

Sed alia est scientia, quae est de rerum generatione ex elementis et de omnibus rebus inanimatis: ut de elementis et de humoribus simplicibus et compositis; de lapidibus communibus, gemmis, marmoribus; de auro et caeteris metallis; de sulphuribus et salibus et atramentis; de azurio et minio et caeteris coloribus; de oleis et bituminibus ardentibus et aliis infinitis, de quibus nihil habemus in libris Aristotelis; nec naturales philosophantes sciunt de his, nec totum vulgus Latinorum. Et quia haec scientia ignoratur a vulgo studentium, necesse est, ut ignorent omnia, quae sequuntur de rebus naturalibus; scilicet de generatione animatorum, ut vegetabilium et animalium et hominum; quia ignoratis prioribus necesse est ignorari, quae posteriora sunt. Generatio enim hominum et brutorum et vegetabilium est ex elementis et humoribus et communicat cum generatione rerum inanimatarum. Unde propter ignorantiam istius scientiae non potest sciri naturalis philosophia vulgata, nec speculativa medicina, nec per consequens practica.

(Roger Bacon. Opus tertium. In *Fr. Rogeri Bacon Opera quaedam hactenus inedita*. Vol. I. Ed. J. S. Brewer. London: Longman, Green, Longman and Roberts, 1859, s. 39.)

Slovní zásoba

generatio, onis, f. – vznik

elementa, orum, n. – prvky; srov. např. vývoj představ
v antické filozofii

lapis, idis, m. – kámen

gemma, ae, f. – drahokam

metallum, i, n. – kov

sulphur, uris, n. – síra

sal, salis, m. – sůl

atramentum, i, n. – černidlo (skalice modrá)

minium, ii, n. – surová rumělka, později i suřík, kterým se
rumělka nahrazovala

vegetabilis, e – rostlinný; vegetabilia, ium, n. – rostliny

brutus, a, um – nerozumný, přenes. zvíře

Dělení alchymie a další doklad její užitečnosti

(..) et haec scientia est alkimia speculativa, quae speculatur de omnibus inanimatis et tota generatione rerum ab elementis. Est autem alkimia operativa et practica, quae docet facere metalla nobilia et colores et alia multa melius et copiosius per artificium, quam per naturam fiant. Et hujusmodi scientia est major omnibus praecedentibus, quia majores utilitates producit. Nam non solum expensas et alia infinita reipublicae potest dare, sed docet invenire talia, quae vitam humanam possunt prolongare in multa tempora, ad quae per naturam produci potest. Sed nos morimur citius longe, quam deberemus, et hoc propter defectum regiminis sanitatis a juventute et propter hoc, quod patres nostri dant nobis complexionem corruptam, propter eundem defectum regiminis sui; unde senectus citius contingit et mors ante terminos, quos Deus constituit nobis.

(Roger Bacon. Opus tertium. In *Fr. Rogeri Bacon Opera quaedam hactenus inedita*. Vol. I. Ed. J. S. Brewer. London: Longman, Green, Longman and Roberts, 1859, s. 40.)

Slovní zásoba

alkimia (= alchymia), ae, f. – alchymie; výraz alkimia (rovněž alquimia, alchimia, alchemia), pocházející z arabštiny, se začal v evropském prostředí používat ve 12. st.^[74]

specular, ari, atus sum – zkoumat

operativus, a, um – tvořivý

artificium, ii, n. – umění, nauka

praecedo, ere, cessi, cessum – předcházet

invenio, ire, veni, ventum – (vy)nalézat

defectus, us, m. – nedostatek

sanitas, atis, f. – zdraví

complexio, onis, f. – tělesná konstituce

[74] Haage, B. D. *Středověká alchymie*. Přel. R. Fialová. Praha: Vyšehrad, 2000, s. 13-14. ISBN 80-7021-471-6.

Septem artes liberales

Svobodná umění (*artes liberales*) měla významné postavení již v antice (srov. např. Marcus Terentius Varro – *Disciplinae* z 2.–1. st. př. Kr.). Pojem *ars* v antice a poté ani ve středověku neznamenal umění v dnešním slova smyslu, ale znamenal nauku, která vymezuje úzká pravidla. Boëthius rozdělil svobodná umění, jejichž počet se na sklonku antiky ustálil na sedmi, do dvou skupin – na tzv. trivium (rétorika, gramatika, dialektika) a kvadrivium (matematika, geometrie, astronomie, musika). Významně ovlivnil vývoj a popularizaci *artes* také na počátku 5. st. Martianus Minneius Capella Felix svým dílem *De nuptiis Philologiae et Mercurii*, do něhož zahrnul sedm svobodných umění jako celek a dovedl výklad o nich do takové podoby, která se stala výchozí pro středověké autory včetně Isidora ze Sevilly (Isidorus Hispalensis, mezi 560 a 570–636),^[75] z jehož velkolepého encyklopedického díla *Etymologie* budou následovat ukázky. V nich Isidor vysvětluje názvy a popisuje obsah jednotlivých umění. Isidor na tomto díle, v němž se svobodnými uměními zabývá v prvních třech knihách, pracoval několik desítek let. Na konci života jej předal, ačkoli stále nespokojen, ke korektuře blízkému příteli biskupu Braulionovi, který text rozčlenil do dvaceti knih.^[76] V tomto krátkém přehledu však nesmím pro toto období opomenout zmínit ještě jednoho Isidorova předchůdce – Cassiodora – jehož *Institutiones divinarum et saecularum litte-*

[75] Vše úvod J. Kalivody k vydání Isidor ze Sevilly. *Etymologiae I-III*. Přel. D. Korte, Praha: Oikoymenh, 2000, s. 39–40. A. Vidmanová v SLS na s. 337 uvádí rok narození 561.

[76] Tamtéž, s. 27.

rarum představují první křesťanskou příručku církevních věd a laických artes.^[77]

[77] Curtius, E. R. *Evropská literatura a latinský středověk*. Praha: Triáda, 1998, s. 50–53. ISBN 80-86138-07-0.

Isidor ze Sevilly – *Etymologiae*

Liber I/1 – De grammatica

Grammatica est scientia recte loquendi et origo et fundamentum liberalium litterarum. Haec in disciplinis post litteras communes inventa est, ut iam qui didicerant litteras, per eam recte loquendi rationem sciant. Grammatica autem a litteris nomen accepit. Γράμματα enim Graeci litteras vocant. Ars vero dicta est, quod artis praeceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute, quam scientiam vocaverunt.

(Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX. Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911, Liber I/1; pozn. edice nemá strany.)

Slovní zásoba

litterae, arum, f. – nauky, vzdělanost, učenost

ratio, onis, f. – způsob

praeceptum, i, n. – návod

consisto, ere, stiti, – – zakládat se (na něčem)

traho, ere, traxi, tractum – přejímat, přisvojit si

Liber II/1 – De rhetorica eiusque nomine

Rhetorica est bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus, [eloquentia copia] ad persuadendum iusta et bona. Dicta autem rhetorica Graeca appellatione ἀπὸ τοῦ ῥητορίζειν, id est a copia locutionis; ῥῆσις enim apud Graecos locutio dicitur, ῥήτωρ orator. Coniuncta est autem Grammaticae arti Rhetorica. In Grammatica enim scientiam recte loquendi discimus; in Rhetorica vero percipimus, qualiter ea, quae didicimus, proferamus.

(Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX. Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber II/1.)

Slovní zásoba

quaestio, onis, f. – vyšetřování, případ

coniungo, ere, iunxi, iunctum – spojit

percipio, ere, cepi, ceptum – učit se, poznávat

profero, ferre, tuli, latum – mluvit, říkat, citovat

Liber II/22 – De dialectica

Dialectica est disciplina ad disserendas rerum causas inventa. Ipsa est philosophiae species, quae Logica dicitur, id est rationalis definiendi, quaerendi et disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus quaestionum, quemadmodum disputando vera et falsa diiudicentur. Hanc quidam primi philosophi in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis rede gere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinae argumenta perduxit et Dialecticam nuncupavit pro eo, quod in ea de dictis disputatur. Nam λεκτόν dictio dicitur. Ideo autem post Rhetoricam disciplinam Dialectica sequitur, quia in multis utraque communia existunt.

(Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX. Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber II/22.)

Slovní zásoba

dissero, ere, serui, sertum – rozebírat (řečí), vykládat (podle pravidel logiky)

species, ei, f. – druh

quaero, ere, sivi, situm – vyhledávat, dotazovat se, zkoumat

quemadmodum – jak, kterým způsobem

disputo, are, avi, atum – rozvažovat, hovořit, rozebírat

diuidico, are, avi, atum – rozeznávat

dictio, onis, f. – promluva, přednáška, přednášení (obhajoba)

habeo, ere, ui, itum – ovládat

nuncupo, are, avi, atum – nazývat

Liber III/praefatio – De mathematica

Mathematica Latine dicitur doctrinalis scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus, ut est par, impar, vel ab aliis huiusmodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor: id est Arithmetica, Musica, Geometria et Astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina, quae de numeris loquitur, qui inveniuntur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina, quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur omnes atque habitudines stellarum.

(Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX. Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber III/praefatio.)

Slovní zásoba

doctrinalis, e – teoretický; srov. doctrina, ae, f.

considero, are, avi, atum – rozvažovat

accidens, entis – nahodilý, naskytující se smyslům; ve

filozofické terminologii se na základě tohoto významu

běžně překládá jako akcident nebo případek

(od accido, ere, cidi – přihodit se, připadnout)

par, paris – sudý

tracto, are, avi, atum – zabývat se, probírat

ratio, cinatio, onis, f. – úsudek

numerabilis, e – (s)počítatelný

sonus, i, m. – zvuk, tón

sidus, sideris, n. – souhvězdí, hvězda

contemplor, ari, atus sum – pozorovat

stella, ae, f. – hvězda

Právo

Ukázky z oblasti práva pocházejí z brněnské právní knihy. První ukázka je výňatkem ze souboru privilegií, konkrétně z úvodního privilegia českého krále Václava I. z ledna r. 1243 pro město Brno, které je považováno za nejstarší obsáhlý soubor městského práva v českých zemích.^[78] Druhá ukázka pochází z druhé části právní knihy, tj. z jejího jádra.

Právní kniha města Brna (z pol. 14. st.)

Iura originalia – o dokazování vraždy

(3) Si autem homicida deprehensus fuerit in ipso actu cum gladio cruentato et si iudex hoc probare poterit cum sex idoneis ac honestis personis et uno iurato, capite puniatur; si vero iudex predictas personas non habuerit ad probandum, probet metquentus, duobus videlicet iuratis et aliis duobus honestis viris, ita ut de predictis sex viris vel de quatuor sequentibus nullus inimicus vel emulus extiterit interfectoris, capite puniatur.

(*Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I.* Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 142–143. ISBN 80–7029–041–2.)

[78] *Iura originalia civitatis Brunensis. Privilegium českého krále Václava I. z ledna roku 1243 pro město Brno.* Ed. M. Flodr. Brno: SNIP, 1993, s. 29. ISBN 80–85765–01–2.

Slovní zásoba

homicida, ae, m. – vrah

deprehendo, ere, hendi, hensum – chytit

cruentatus, a, um – krvavý, zkrvavený

probo, are, avi, atum – dokázat

iuratus, a, um – vázaný přísahou

predico, ere, dixi, dictum – předesílat, napřed se zmiňovat

emulus = aemulus, a, um – soupeřivý, závistivý

Iura originalia – o potrestání vraha, který se nedostavil k soudu

(4) Si autem homicida legitimis citatus edictis coram iudicio non comparuerit, iudex eum proscriptum denunciaret et prima pars bonorum suorum iudici, altera pars actoribus, tertia vero cedat liberis et uxori; verum si liberis et uxore careat homicida, qui proscriptio dampnatur, prima pars bonorum suorum iudici, altera pars actoribus, tertia vero ecclesiis egentibus et ad vias reformandas de communi consilio impendatur.

(Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

edictum, i, n. – nařízení

compareo, ere, parui, – – ukazovat se, objevovat se

proscribo, ere, scripsi, scriptum – vyhlásit někoho za psance

denuncio = denuntio, are, avi, atum – veřejně vyhlásit, oznámit

actor, oris, m. – žalobce

impendo, ere, endi, ensum – vynakládat

Iura originalia – délka vrahova vyhnanství

(5) Igitur, quicumque pro homicidio in proscricionem devenit, in ipsa per annum et diem omnium interventu destitutus et auxilio permanebit. Decrevimus eciam, ut quicumque propter homicidium dampnetur exilio, finito anno et die nequam civitatem intrabit, antequam marcam argenti civitati assignet.

(Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

interventus, us, m. – zásah, přímluva

destituo, ere, stitui, stitutum – zbavovat, připravovat (o něco)

marca, ae, f. – hřivna

assigno, are, avi, atum – dát

Iura originalia – o odplatě za zranění

(9) Nunc de vulneribus duximus adnectendum. Si quis civium alicui manum amputaverit vel pedem aut nasum aut aliquod [nobile] membrum abstulerit, iudici pro pena quinque talenta solvet, passo dampnum [X talenta] componet; si vero, qui dampnum fecit, denarios habere non poterit, secundum legem iudicetur de ipso: oculum pro oculo, manum pro manu et sic de ceteris membris; si fieri vult inculpabilis, probet innocenciam suam metsecundus probabilium virorum et uno iurato; et si non poterit hos habere, probet metseptimus probabilium virorum et liber sit.

(Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 143. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

adnecto, ere, nexui, nexum – připojovat

amputo, are, avi, atum – uřezat, useknout

pes, pedis, m. – noha

nasus, i, m. – nos

talentum, i, n. – talent

solvo, ere, solvi, solutum – zaplatit

dampnum = damnum, i, n. – pokuta, ztráta, škoda

probabilis, e – spolehlivý, důvěryhodný

Sentencie subscripte in diversis locis – jaký má být soudce

Iudex in officio suo non debet esse gravis hominibus et onerosus.

Debet eciam esse a violencia et a cupiditate remotus, eo quod violencia est legibus inimica et acceptio munerum est prevaricacio veritatis.

In iudice eciam non debet ira et furor, sed tantum ratio dominari. Non enim ira viri dei iusticiam operatur. Unde nichil debet iudex iudicare furoris tempore, sed cum est in mentis tranquillitate. Nam restringenda est sub ratione potestas, nec quicquam agendum, priusquam mens commota ad quietem redeat, et quod commocionis tempore iustum putat esse omne, quod facit.

Debet quoque iudex incompositos disciplinare et precipue noctis tempore ad intercipiendum furta et maleficia cum sua familia civitatem hinc inde per transeundo custodire, ad quod iurati eorum sibi prebebunt auxilium cum effectum.

(Právní kniha města Brna z poloviny 14. století I. Ed. M. Flodr. Brno: Archiv města Brna, 1990, s. 280-281. ISBN 80-7029-041-2.)

Slovní zásoba

officium, ii, n. – úřad, zaměstnání

onerosus, a, um – despotický

munus, eris, n. – dar

prevaricacio = praevaricatio, onis, f. – prohřešení, porušení
povinnosti

dominor, ari, atus sum – vládnout, panovat

operator, ari, atus sum – dělat

tranquillitas, atis, f. – klid

commotus, a, um – podrážděný, rozčilený

incompositus, a, um – v nepořádku, bez pravidel

disciplino, are, avi, atum – kárat, trestat

intercipio, ere, cepi, ceptum – zachytit, přerušit, zamezit

Lékařství

Křišťan z Prachatic (Cristannus de Prachaticz, před 1370–1439) byl děkanem a rektorem Karlovy univerzity, astronomem, matematikem, lékařem, farářem a kazatelem kostela sv. Michala na Starém Městě v Praze.^[79] Náledující ukázkou vyberám z jeho lékařského díla, v němž pojednává o problematice pouštění krve – *De sanguinis minucione*. Tento traktát je napsán podle schématu, které bylo při zpracování této tematiky obvyklé, a obsahuje tedy oddíl o samotné flebotomii (a hematoskopii), o pouštění krve pomocí baněk a pomocí pijavic.^[80]

[79] Vidmanová, A. Cristanus de Prachaticz. In SLS, s. 200–201.

[80] H. Florianová-Miškovská v úvodu knihy *Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione*. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. XVI. ISBN 80-86005-68-2.

Křišťan z Prachatic – *De sanguinis minucione*

In nomine Domini amen. Quia multitudo hominum utriusque sexus solet sepius facere venarum apercionem pro sanguinis minucione et nescientes nec observantes ea, que necessario requiruntur ad debitam et bonam sanguinis minucionem, quapropter non erit inutile sentencias tam medicorum, quam astronomorum de hac materia scribencium in unum compendium comportare. Et quia triplici modo solet fieri venarum apercio pro sanguinis minucione, scilicet per fleubotomiam tantum vel cum ventosis aut cum sanguisugis, de hoc ergo triplici modo est dicendum. (...)

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 2. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

apercio (apertio), onis, f. – otevření

vena, ae, f. – žíla

minucio, onis, f. + sanguinis – pouštění krve

requiro, ere, quisivi, situm – požadovat

quapropter – a proto

triplex, plicis – trojitý

flebotomia (flebotomia, phlebotomia), ae, f. – naříznutí žíly;

z řec. φλέψ = žíla a τέμνω = řežu; srov. Isidorovu definici skalpelu k naříznutí žíly: „Phlebotomum ab incisione vocatum, nam incisio Graece τομή dicitur.“^[81]

ventosa, ae, f. – lékařská baňka; s jejich pomocí nebo s pomocí pijavic se odstraňovala

krev z malých žil^[82]

sanguisuga, ae, f. – pijavice; srov. sanguis, sanguinis, m. – krev
+ sugo, sugere, suxi,

suctum – sát

[81] *Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive Originum libri XX*. Ed. W. M. Lindsay. Oxford: E typographeo Clarendoniano, 1911. Liber IV/11. Řec. výrazy např.: Liddell, H. G. – Scott, R. *Greek-English Lexicon*. New York: Harper & Brothers, 1883, s. 1540 a 1682. Na tuto etymologii upozorňuje H. Florianová-Miškovská (*Cristannus de Prachaticz*, s. 112–113, pozn. 184).

[82] Tamtéž, s. 11, pozn. 2.

De primo principali, scilicet quid sit flebotomia

Quantum ad primum, scilicet quid sit flebotomia, est dicendum, quod flebotomia non est aliud nisi artificialis venarum recta incisio pro sanguinis superflui aut corrupti moderata efusione. Et a medicis sic describitur: Flebotomia est evacuatio universalis corporis humani. Ly evacuatio ponitur hic pro genere, quia extendit se ad omnium humorum in corpore humano generatorum evacuationem, scilicet sanguinis, colere, flegmatis et melancolie. (...)

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 4. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

principale, is, n. – hlavní bod

artificialis, e – umělý, odborný

incisio, onis, f. – řez, říznutí

superfluus, a, um – nadbytečný

efusio = effusio, onis, f. – vylévání

ly – slovo, výraz

humor (umor), oris, m. – tekutina

colera (cholera), ae, f. – žluč

flegma (phlegma), atis, n. – hlen, sliz (slizovitá tekutina)

melancholia, ae, f. – černá žluč

De secundo principali, scilicet per quem, qualiter et quo modo debet fieri flebotomia.

Quantum ad secundum principale, scilicet per quem, qualiter vel quo modo debet fieri talis flebotomia, hic dicitur, quod fieri debet per minutorem in arte hac bene doctum et expertum, qui sciat cum flebotomo venam aperiendam secundum eius longitudinem et non secundum latitudinem caute tangere et apperire non cespitando nec venam totaliter perforando, et hoc ideo, ne arteriam aut nervum aut muscolum, qui circa et subtus venis sunt, vulneret et offendat, quia ex tali vulneracione posset quandoque ipse minuens periculum non modicum incurrere vel subitam mortem.

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miškovská. Pragae: Oikoymenh, 1999, s. 10-12. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

minutor, oris, m. – lékař, který pouští žilou

flebotomus (phlebotomus), i, m. – skalpel (speciálně na
pouštění žilou)

caespito = caespito, are – klopýtnout, chybovat

perforo, are, avi, atum – prorazit, zde: proříznout

arteria, ae, f. – tepna

nervus, i, m. – nerv, šlacha

musculus, i, m. – sval

subtus – vespod, zespod

De cognitione sanguisugarum

Quantum ad primum, eligantur sanguisuge de aqua clara, non de lutosa, que carent multa limositate, que in ventre tendunt aliququaliter ad colorem epatis et in dorso sunt virides habentes virgulas rubeas longas et graciles et parva capita. Et caveatur ab eis, que sunt nigre supra dorsum et precipue que habent maculas rubeas in ventre, quia tales sunt venenose.

(*Cristannus de Prachaticz. De sanguinis minucione.* Ed. H. Florianová-Miřková. Praga: Oikoymenh, 1999, s. 96. ISBN 80-86005-68-2.)

Slovní zásoba

- eligo, ere, legi, lectum – vybírat
lutosus, a, um – zakalený, plný bahna, bláta
limositas, atis, f. – bahnitost, zákal
epar (hepar), (h)epatis, n. – játra
dorsum, i, n. – záda
viridis, e – zelený
virgula, ae, f. – čára, pruh
macula, ae, f. – skvrna
venenosus, a, um – jedovatý

Zoologie

Hildegarda z Bingen (Hildegardis Bingensis, 1098–1179) byla německou vizionářkou, byla vzdělána v benediktinském klášteře v Disibodenbergu a později se stala jeho představenou; je zakladatelkou kláštera Rupertsberg u Bingen. Je autorkou rozsáhlé korespondence, ale také např. přírodovědných spisů.^[83] Ukázkou vybírám z šesté knihy jejího přírodovědného díla *Physica*, v níž se věnuje ornitologii.

[83] Vše Vidmanová, A. Hildegardis Bingensis. In SLS, s. 291–291.

Hildegarda z Bingen – *Physica, liber VI – De avibus*

Cap. 22 – O krkavci

Corvus plus calidus quam frigidus est et quasi in medio aeris volat. Et astutus est et audax et non timet atque hominem non multum fugit nec eum timet, sed voces hominis interdum imitatur, ita quod etiam faciliter cum eo loqueretur, et scientiam fere ad hoc haberet, nisi quod irrationale animal est. Et quia hominem cognoscit, ideo etiam multociens ea rapit, que homo apud se habet. Et caro eius homini ad comedendum contraria est. (...) quedam enim et naturam fere secundum mores latronum et furum et libidinosorum hominem et etiam aliorum vitiorum habet.(..)

(Hildegard von Bingen. *Physica*. Band 1. Hrsg. von R. Hildebrandt, T. Gloning. Berlin, New York: De Gruyter, 2010, VI/22, s. 304. ISBN 978-3-11-021589-2.)

Slovní zásoba

corvus, i, m. – krkavec; konkrétně se však termín užívá jak pro označení krkavce velkého (*C. corax*), tak i pro označení havrana polního (*C. frugilegus*)^[84]

astutus, a, um – vychytralý

multociens = multotiens – často

rapio, ere, ui, tum – urvat, odvléct, ukradnout; krkavec a havran byli ve středověku považováni za nečisté, protože se často živili mrtvolami, zlodějské sklony jsou však ve skutečnosti typické spíše pro další zástupce čeledi krkavcovitých

[84] Za věcné komentáře k ornitologii a symbolice v této kapitole děkuji Janě Fuksové, která připravila český překlad 6. knihy Hildegardina díla *Physica* pod názvem *Ptačí medicína* (vyšlo v nakladatelství Academia Praha 2013. ISBN 978-80-200-2302-5.).

Cap. 30 – O holubici

Columba plus frigida est quam calida et mane diei, id est primum ortum eius, quod temperate gelidum est, plus diligit quam calorem. Et simplex est et timida, et ideo cum multitudine volat, ut tanto minus ab aliis volucris ledatur. Et quoniam frigida est, facile esurit et cibus in ea ita non incalescit ut in alio alite, et idcirco cito esurit et plus quam alius ales sue magnitudinis comedit. Et caro eius non est firma, sed aliquantum arida, nec multum sucum homini tribuit et sano homini ad cibum non multum prodest, etiamsi ei non obest. Infirmum, qui in corpore defecit, comesta ledit.

(Hildegard von Bingen. *Physica*. Band 1. Hrsg. von R. Hildebrandt, T. Gloning. Berlin, New York: De Gruyter, 2010, VI/29, s. 306.)

Slovní zásoba

columba, ae, f. – holubice; **simplex et timida** – běžná epiteta
spjatá s holubicí; holubice se objevuje rovněž v hagiografii,
a to jako symbol světcovy ctnosti

temperate – uměřeně, mírně

gelidus, a, um – chladný, studený

calor, oris, m. – horko

volucris, is, f. (zřídka m.) – spec. pták, avšak obecně létavec,
okřídlenec (např. u Ovidia včely); srov. adj. **volucer, cris,**
cre – okřídlený, létavý, létající nebo volo,

are, avi, atum – létat

esurio, ire, ivi/ii, – – mít hlad

ales, alitis, m./f. – pták, okřídlenec; srov. adj. **ales, itis** –
okřídlený nebo ala, ae, f. –

křídlo

aridus, a, um – vysušený, suchý

sucus, i, m. – šťáva

Zkratky a slovníky

Zkratky v bibliografických odkazech

CE = *The Catholic Encyclopedia*

SLS = *Slovník latinských spisovatelů*

Slovníky

Při práci se středolatinскими texty se používají slovníky středověké i klasické latiny, řada z nich je dnes dostupná online. Pro práci se středolatinскими texty mohou obecně vzato doporučit následující dobře dostupné slovníky, které jsem využila i při sestavování slovníčku. Se slovníky označenými symbolem * je možné díky *Brepols Publishers* pracovat i v rámci *Database of Latin Dictionaries*. Tato databáze je přístupná prostřednictvím portálu *Litterae ante portas* z: <litterae.phil.muni.cz> a obsahuje ještě další slovníky. Portál rovněž umožňuje přístup k elektronické verzi slovníku *Thesaurus linguae Latinae*.

Blaise, A. *Dictionnaire latin-français des auteurs chrétiens*. Strasbourg: Le latin chrétien, 1954.*

Blaise, A. *Lexicon Latinitatis medii aevi*. Turnholti: Brepols, 1975.*

- Du Cange.^[85] *Glossarium mediae et infimae latinitatis*. T. I–VIII. Parisiis: Firmin Didot fratres, 1883–1887.*
- Forcellini, A. *Totius latinitatis lexicon*. Prati: Aldina Edente, 1861.*
- Graesse, J. G. T. *Orbis Latinus oder Verzeichnis der wichtigsten lateinischen Orts- und Ländernamen*. Berlin: Transpress Verl. für Verkehrswesen, 1980.^[86]
- Latinitatis medii aevi lexicon Bohemorum* Praha: Academia nebo KLP; jednotlivé díly vycházejí od r. 1977.
- Lewis, C. T. – Short, Ch. *A Latin Dictionary*. Oxford: Clarendon Press, 1879.*
- Niermeyer, J. F. *Mediae Latinitatis lexicon minus*. Leiden: E. J. Brill, 1976. ISBN 90-04-04792-1.
- Pražák, J. a kol. *Latinsko-český slovník*. Praha: KLP, 1999. Reprint 16. vydání z r. 1948. ISBN 80-85917-51-3.
- Thesaurus linguae Latinae*. Lipsiae: Teubner, 1936–1966.

[85] Carolus du Fresne, sieur Du Cange.

[86] Zmiňovaný portál umožňuje přístup k elektronické verzi slovníku *Orbis Latinus*, který byl v tištěné podobě vydán r. 1909.

Čítanka snadných textů ze středověké latiny

Lucie Mazalová

Vydala Masarykova univerzita v roce 2014

1. vydání, 2014

Sazba elektronické verze [Milan Vilímek Jihlavský](#)

ISBN 978-80-210-6970-1